

7.5 - *altri provvedimenti, religiosi e anche civili, 1231. - 1508. (c. 122. e 124.)*

Ex Quinterno AA. 40 c.12. in Lib. Actorum cooperto pergam.a sig.to AA.¹

(*dopo il titolo, a destra*) V. lib. "Gamma" c. 12. 1390. av. jan. Collat. Eccl.iae Albaredo,
ab Archidiacon. Henrico de Civit. belluni
(*a sinistra, sopra il titolo*)

(*sesto fascicolo - carta 122. dopo metà: il testo che segue è a tutta larghezza*)

Petrus etc. Dilecto Nobis Pbr.o Bono de Parma Plebano Eccl.iarum S. Mariae de Albaredo,
et S. Fuschae de CasaCorba N.rae Diocesis Tarv.nae insimul unitarum, Salutem in Domino.

Cum sicut in nostra asseruisti p.ntia Ven. Vir Pb.r Nicolaus Archid:nus Eccl.iae Tarv.nae
dictas Plebes, et Eccl.ias de Albaredo, et CasaCorba simul unitas, ad quem ipsarum Collatio²
spectat, et pertinet tibi legittime duxerit conferendas;

Nos, ad quem cura animarum, Populi, et Parochianorum dictarum Eccl.iarum, et aliarum
quarumcumq. Civitatus, et Diocesis N.rae praed.tae Tarv.nae pertinet pleno jure cupientes
animabus populi et parochianorum ipsarum Eccl.iarum de Albaredo, et Casacorba, sic ut praefertur
simulunitarum salubriter providere, ne in Divinis Officijs, et administrationem Sacramentorum
Eccl.iasticorum patiarentur aliquod incomodum, vel defectum, Tibi, qui de vita, discretione, et
sufficiencia apud nos laudabili Testimonio commendaris, curam Populi, et Parochianorum dictarum
Eccl.iarum in sp.libs, et temp.libs, ac ipsarum administrationem tenore p.ntium, usq. ad n.rum
beneplacitum, plenarie duximus committendum.

In quorum omnium Testimonium presentes jussimus nostri sigilli Impress.ne muniri.

Dat.m Tarvisij. Die 28. Feb. 1364. Ind. 2.

(- *carta 122. tergo*)

ex Vol. Statut. Civit. Tar. perg. extra Sign. C. c.ta 42. 1231.
de pojolis (*verso sinistra*)

Hoc est generale decretum (*sin qui in margine; occupa centro e margine destro*), et Statutum a
Consulibus Tar. factum, videlicet a Florio, Mainente, Walfredo judicibus, Odorico de Nordiglio,
Torengode Angarano, Hengelerio de razione, Paganino de Collebertaldo, Rodolfino Mille
Marchis, et in pleno concilio promulgatum super poiolos donorum Civ. Tarv., debet esse super
stratus majores scilicet XIII. pedum, et super stratus minores, scilicet VIII. pedum ultra
consignationem pro com. factam. quod in publico esse debeat.

ommissis etc.

ibi. t:go (*a sinistra*)

De poiolo Canonicorum. (*verso sinistra*)

(*occupa centro e margine destro*) Concedimus, ut Canonici possint facere poiolum unum a
Can.ca Veteri usque ad novam. secund.m quod primo erat. Et de hoc Cap.lo quod pot. et
consules ordinarii qui pro tempore fuerint. Et qui jurant, sequi non teneantur, sed ad voluntatem
consilii fiat et servetur³.

. . .

¹ (*in margine sinistro, a lato del titolo*) 1364. 28. Febb.o

² (*in margine sinistro, sopra il titolo*) Nota: fatetur Episcopus, P. di Baono, Collationem Eccl. de Albaredo
spectare ad Archidiaconum: Quaternus Descriptionis Dioecesis Tarvis. 1560., (*la nota continua come interlineare,
sempre sopra il titolo*) ad Collationem Archidiaconi Tarvis. Plebem S. M.e de Albaredo, cum ei unita Eccl.a S. Fuscae
de Casa curva esse confirmat, etiam eo tempore etc.

³ (*a lato, sul margine sinistro*) Hoc iisdemmet verbis habes in Vol. Statut. extra Sign. 1231. c.ta 67. exempl.
1363. Rub. Mill:o C. Nonag.mo V. Indict. XIII. die lunae XIII. Intr. Aug. de Pojolo Can:corum.

Ex Vol . Stat. sign. S. lib. I. Rub. 238⁴. compil. an.1313.

Possint, et valeant (*in margine sin qui; continua in centro e margine destro*) Can.ci habere sicut actenus habuerunt poyolum, qui vadit de Can.ca veteri ad novam Can.cam, et stet, et remaneat archivoltus e.patus Ter. et Domorum illorum de grassis, quae sunt in Contrata S. Viti, sicut sunt, et fuerunt, per supra stratas illas, supra quas sunt.

[Vide in libro Stat. I. c.ta 19. t.go oblatio S. Petri. et p. 20. B. Parisii.] (*inizia in margine*).

ex lib. A. rub. c.ta 10. G. (*verso sinistra*)

1423. die 14. Decembris (*in margine sinistro*):

(*in centro e margine destro*) Congr.to Cap.lo, in quo fuerunt D. D. G. Philippus, Jo: Delphino, Jo: de Armano, Jac: a Caballis, Petrusbenedictus, et Jo: Donatus a Cornu, omnes Can.ci etc.

Capitulariter terminatum, et ordinatum fuit, quod quilibet Beneficiatus a Eccl.ia Tarv. in ordine vicis suae, quando sunt in septemana pro Missis, quod quilibet suam Missam celebret per se ipsum, et non per Vicarium, nisi fuerit infirmitate gravatus, vel alia legitima causa praepeditus sub poena sold. 20. par., et sit in optione, et determinatione Cap.li quae sit causa legitima.

ibi. pag. 14. t.o (?):

1462. 28. Junii. (*in margine sinistro*)

Tar. in Sacristia Eccl.e Cathe.lis Tar., ubi congregatum erat Cap.lum etc.:

Ommissis.

Post haec autem (*sin qui in margine; continua in centro e margine destro*) predicti D.ni Can.ci sic capitulariter congregati Statuerunt et pro Statuto observari voluerunt: quod de caetero non possit concedi al.cui clerico, cuiuscumque condicionis, gradus, praeminentiae, dignitatis, vel nationis seu nobilitatis zamfarda canonicalis⁵, nisi cum fuerit adeptus pacificam possessionem Can.tus, aut apostolica auctoritate, aut ordinaria electione et confirmatione.

Quod e.pus actoritate sui episcopatus confirmavit ad petitionem Cap.li.

Ex Quinterno Signato A.A.m. Tabularii Cap.Iris pag. 2. t.go
in lib. Actorum AA. coop. pergam.⁶

Facultas Sacramenta administrandi concessa electo Plebano Spercigliani (*riga cancellata*) Petrus etc. (*in margine sin qui, poi occupa sempre anche il margine destro*)

dilecto nobis Pb.ro Jo: Morgareti de Veneciis sal. in domino⁷.

Cum Ven. Pater Dn. Abbas Monasterii S. Eustachii de Nervisia de rectoria cure eccl.ie S.ce Trinitatis de Spercigliano nostre diocesis Tervisine sicut in nostra nuper asseruisti presentia tibi duxerit providendum.

Nos ad quem jure ordinario administratio, et cura populi dicte eccl.ie spectat et pertinet pleno jure, tibi, de cuius sufficientia, moribus, et vita apud nos laudabile testimonium perhibetur, . . .

⁴ (*prima del titolo, in margine sinistro*) idemque in Vol. sign. I. c.ta 23 t.go Rub. 192

⁵ (*a lato, in margine sinistro*) (unam lineam ommissam sic supple)

“vel stallum in Choro superiori Canonicorum, nec sibi dari porcio vel distributio Canonicalis,” nisi etc.

⁶ (*come sopra*) 1370. 15. Martii.

⁷ (*come sopra*) In Rotulo pergam, existente in Cancell. Provisoriae Civ. Tarv. 1417. 27. 9.bre. Colle. eccl.ae S. Pauli de Braida per fr.em Laurentium Rectorem eccl.ae S. Tomasii de Tar. Pb.ro Joanni de Regio cum hac clausula, “dummodo a domino Vicario e.patus Tar. curam recipiat animarum” etc.

administrationem dictae eccl.iae, et ipsius parochianorum et populi diligentiam et curam usque ad nostrum beneplacitum committimus per presentes.

In cuius rei testimonium has litteras tibi fieri fecimus Sigilli n.ri munimine roboratas.

Datum Tervisii in n.ro e.pali palacio die XV. mensis marcii. Anno Nativ. Dom.nce 1470 (*sic*). Indict VIII.

ibi. 5. 9.bris. (*in margine sinistro*)

Similis. Fide facta de provisione etiam per nuntios Abbatis eccl.e S. Georgii de Maserada.

c.ta 3. 1371. 14. 7.bris (*in margine sinistro; ormai siamo sul margine inferiore*)

Eccl.arum S. Jo. de Blancadis: S. Mariae de Castello: et Omnium SS:rum de Roncadis per Vicarium E.pi cum commissione populis facta Rectorem recipiendi.

c.ta 6. t.go (*in margine sinistro*) 1371. X. X.bris.

S. Luciae de Bladino: l'atto non è esteso.

c.ta 8. (*in margine sin qui*) 1372. p.o Maii. (*allineata con la data precedente*)

Eccl.am de Nerbono.

c.ta 10. (*in margine sin qui*) 17. Augusti 1374.

Eccl.am de Nerbono.

13. Martii 1375. (*allineata con la data precedente*)

Deputatio Pb.ri in Eccl.a de Glaura ad beneplacitum.

c.ta 16 (*sin qui in margine*). ul: 8.bris. (*come sopra*)

S. Helene de Civranis.

lib. Actorum "Lambda" (*a sinistra sin qui*) 1300. 8. 8.bris

Eccl.e de Villorba. E.po Nicolao Beruto.

. . .
(*sesto fascicolo - carta 123.; il testo occupa sempre anche il margine destro*)

ex libro: "Gamma". Act. Capl. Tar. c.ta 12. Senza cartoni. In Archivio.

In Xp.i noi.ne amen. (*inizia in margine*) Anno ab ipsius nativitate mill.otrecentesimononagesimo ind. tercia decima die vigesimo Mensis Januarii⁸.

Tarvisii in Eccl.ia Tarvisina apud Altare S. Gabrielis,

praesentibus providis viris, Avancio Dyacono Tarvis. nato Laurentii Calegarii de Tarvis., Augustino clerico Tervisino nato q. Leonardi Fabri de Burgo S.ci Thomasii de Ter. et ser Pasino Casolario Curie Tarvisine nato q. Gerardi testibus ad infrascripta vocatis pecialiter et rogatis, et aliis.

Vacante eccl.ia Plebis S. Marie de Albaredo diocesis Tarv: cui cura imminet animarum per dimissionem et absentationem Pb.ri Joh. olim et ul:mo (*sic*) Plebani eccl.e pred:te Venerabilis Vir D. Pb.r henricus de Civitate belluni Archidiaconus Eccl.ie Tervisine, ad quem Collatio, Provisio, seu institutio dicte eccl.e spectat et pertinet pleno jure, volens et intendens, ut dixit, dicte Eccl.e, seu Plebi de utili et idonea providere persona: ut ipsius jura et status conserventur, et in melius, dante D.no, reformentur, dictam Eccl.am seu Plebem S. Marie sic, ut premittitur seu aliter qualitercumque vacantem cum omnibus juribus et pertinentiis suis . . .

⁸ (*a lato, in margine sinistro*) Coll.o Plebis de Albaredo spect. ad coll.em Archidiaconi Tarvisini. 1390. 20. Gen:ro alia coll.o 1364. ex lib. Act. AA. perg. 4.terno AA:4o c.ta 12. et Supra c. 122.

circumspecto Viro Dopno Pb.ro Evangeliste nato q. Jacobi q. Martini de Forlivio coram ipso D. Archidiacono flexis genibus constituto, et humiliter acceptanti, de cuius vita, sufficientia, moribus, honestate, et cognitione apud eundem D. Archidiaconum, ut asseruit, laudabile testimonium perhibetur, contulit sibi que providit de eadem.

Ac ipsum Pb.rum Evangelistam idem D. Archidiaconus cum quodam bireto superposito capiti ipsius Pb.ri Evangeliste de dicta eccl.ia seu plebe presencialiter et actualiter investivit ad inibi continuam residentiam faciendam, curam populi et administrationem ipsius eccl.ie seu Plebis in corporalibus et spiritualibus sibi plenarie committendo.

Et ut praed:ta omnia et singula suum valeant debitum sortiri effectum, prefatus D. Archid. per hoc presens publicum instrumentum commisit per discretum virum Pb.rum Natalem Rectorem eccl.ie S. Martini de Vedelago d:te diocesis Tarvisine, seu per alium Rectorem eccle diocesis pred., quem pred.tus Pb.r Evangelista duxerit requirendum, ipsum Pb.rum Evangelistam, vel Procuratorem suum eius nomine in tenutam et corporalem possessione (*sic*) dicte eccl.ie, seu Plebis, et omnium jurium, et pertinenciarum eiusdem auctoritate predicti D.ni Archidiaconi poni et induci debere, et inductum deffendi amoto exinde quolibet illicito detentore, et eidem Pb.ro Evangeliste, vel suo Procuratori pro eo de omnibus et singulis fructibus, fictibus, redditibus, proventibus, quartesiis, decimis, juribus, et obventionibus universis spectantibus et pertinentibus Plebano ipsius eccl.ie, eidem D.ni Archidiaconi auc.te, quantum in eo est facere, ab omnibus integraliter responderi; contradictores quoslibet et rebelles per censuram eccl.iam et officium Ordinarii compescendo.

In quorum testimonium prefatus D. Archidiaconus presens hoc publ. instrumentum scribi et fieri mandavit per me Johanemmatheum Not. publicum infrascriptum.

Ego Johannesmatheus Pauli Clericus Tarvisinus publ. Imper. auc.te Notar. predictis omnibus et singulis p.ns interfui, eaque de mandato d.ni Archidiaconi, et eciam rogatu praedicti Prasbyteri Evangeliste scripsi et publicavi: signum meum consuetum apponens in testimonium premissorum.

Ex libro Actorum Cap.l.r. "Gamma". 8. c.ta 36.

Commenda populi et cura animarum eccl.e de Villorba⁹. (*verso sinistra*)

Eodem M. (*sic; in margine sin qui*) (1390) die VIII. Octobris.

Tervisii in e.pali Palacio palacio (*sic*),

presentibus Francischino q. Marci de Fara Sertore habit. Tervisii, Pb.ro Franchino Rectore S. Agnetis de burgo SS.rum XL. et Gabriele q. Nicolai de Villorba etc. et aliis.

Rev. Pater D. Fr. Nicolaus e.pus Tar:s ad suum beneplacitum commisit curam populi et animarum eccl.ie S. Fabiani, et Sebastiani de Villorba diocesis Tar. discreto viro D. Pb.ro Michaeli Moyo de Venet. instituto in dicta eccl.ia SS. Fab. et Seb:ni de Villorba per D. Fr.em Marinum Abbatem Mon. S. Heusthac. de Nervisia dioc.s Tervis., ad quem D. Abb.em, ut asseritur, provisio et Coll.o ipsius eccl.e Sanct. spectat et pertinet.

(*verso destra*) (1391. 23. Ap.lis)

Vide (*in margine*) duas persimiles in eodem libro pag. 72.

Eccl.am S. Andraeae de Barbarana ad Collationem Abbatis de Piro:

Et S. Mariae de Molianis pag. 73. 1392. 3. Junii.

Ex opposito Cap.i Coll: Eccl.ae de Fontanis ibi c:te 56. An. 1381. 26. Junii:
cum commissione curae populi.

. . .

⁹ (*a lato, in margine sinistro*) Vide Collationem Eccl.e de Villanova 1368. 8. Martii factam per Abbatissam de Mulianis cum reservatione census etc. Doc. Scotti T. IV. c. 12.

V. aliam in lib. Actorum AA. pag.40. Arch. Cap.lri Ann. 1370.

Item in libro Actorum AA. cooper. pergam. c.ta 21.
 alia Coll. Eccl.iae de Fontanis 1459.
 et ibi. c.te 22. de Preganzolo¹⁰.

ex Quinterno signato AA.orum Tabularii Cap.Iris c.te 4.
 in lib. Actorum coop. perg. sign. AA.

1374. 17. Augusti (*la datazione è in margine*).

Facultas curam administrandi ab e.po concessa cuidam electo ad eccl.iam Nerboni ab Ab. de Narvisia.

R.d. in Xp.o P.ro D. (*sin qui in margine*) Lucae Dei, et Ap.licae Sedis gratia e.po Cardicensi
 Petrus eadem gra. e.pus Tar.v.

Salutem in eo, qui est omnium Vera Salus.

Cum nuper religiosus Vir Fr.er Franciscus auc.te Ap.lica administrator Monasterii S. Eustachii de Nervisia eccl.iam S. Sisti de Nerbono nostrae Ter.ae Diocesis, cuius collatio et provisio ad ipsum Monasterium dignoscitur pertinere paternitati (*continua in margine inferiore*) vestrae decrevit commendandam;

nos cupientes, ut cura animarum, et administratio populi eiusdem eccl.iae, cuius commissio ad nos pertinet pleno jure, minime negligatur; persona vestra, de qua gerimus in Domino fiduciam plenioram, ut et curam valentis exercere praedictam; et populum praedictum possitis auc.te n.ra quoad salutem animarum laudabiliter gubernare, tenore concedimus plenam in domino facultatem, praesentibus usque ad nostrum beneplacitum tantummodo valituris.

In quorum omnium testimonium praesentes litteras fieri mandavimus, et n.ri sigilli impressione muniri.

Datum Tar.in n.ro Episcopali palacio die 17. Augusti anno Nat. Dominicae 1374. indict. 12.

(- carta 123. tergo)

. . .
ex libro A. Rubeo Archivii Cap.Iris pag. 25.
 Confessarii praecedant caeteros Capellanos¹¹.

(*il testo seguente è a tutta pagina*) In Christi nomine Amen

Anno eiusdem Nativitatis 1439. die 26. Martii

Congregato Capitulo Ecclesiae Tarvisinae, in quo interfuerunt venerabiles viri DD. Joanes de Muthonibus decretorum Doctor, et dictae Ecclesiae Decanus, Jacobus a Caballis, Petrus Benedictus Archidiaconus, Odoricus de Vonico decretorum Doctor, Petrus Rubeus Magister Scholarum, Franciscus de Bladino, et Antonius de Ducis de Florentia Decretorum Doctor omnes Canonici dictae Ecclesiae in Sacris ordinibus constituti cum non esset aliquis alius, qui de jure, aut consuetudine ad dictum Capitulum deberet convocari,

volentes honorare confexores dictae suae Ecclesiae, ut a suis Parochianis magis habeantur in reverentiam, statuerunt, et ordinaverunt concorditer, et capitulariter, ipsorum nemine discrepante, quod de caetero si contingat aliquem Sacerdotem investiri de aliqua Praebenda seu Cappellania in Ecclesia Tarvisina, seu ad praesentationem alicuius Patroni, sive de Potestate ordinaria Capituli, qui de consuetudine deberet esse in Ecclesia novissimus in Processionibus, et Sepulturis, quando Capitulum vadit extra Ecclesiam quod ille talis vadat secundum dictam consuetudinem ad dictum novissimum locum, salvo, et reservato, quod si ille talis fuerit per Capitulum electus, et positus ad audiendas Confessiones in Ecclesia Tarvisina, et in eius Parochia, . . .

¹⁰ (*come sopra, ma senza richiamo specifico*) 1372. 27. Junii. in lib. AA. quint. AA.40 c.te 8. t.go committitur cura animarum Eccl.iae de Fontanis per errorem, ex formulis adhibitis cum aliis etc.

¹¹ (*a lato, in margine sinistro*) 1439. 20. Martii.

N. B. Capitulum eligit et ponit Praebendatos ad audiendas Confession. in eccl.a Tar. et in eius Parochia.

quod tunc ille talis Confessor in dictis Processionibus, et Sepulturis habere debeat locum supra omnes Praebendatos, et infra Mansionarios pro honore Ecclesiae, et pro certis bonis respectibus.

Et egregius Decretorum Doctor Dominus Anthonius de Ducis de Florentia Canonicus supradictus R.mi in Cristo Patris, et Domini Domini Ludovici Barbo Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Tarvisini generalis Vicarius dicto Statuto consensit, et ipsum laudavit, approbavit, etimologiavit, et suam, et Episcopatus Tarvisii auctoritatem interposuit, et decretum.

Ego Petrus Benedictus Archidiaconus, et Canonicus supradictus de Mandato dictorum Dominorum Vicarii, Decani, Canonicorum, et Capituli scripsi manu propria ad perpetuam memoriam (*a tutta pagina sin qui; poi continua in centro e margine destro*).

ibi. c.te12.

1425. die 13. Mensis (*in margine sin qui*) Novembris¹²: in quo factum fuit annivers. D.ni Com. Joannis, et eius pitancia secundum morem Eccl.iae Tarv:ae,

Congregato Cap.lo dictae Eccl.iae, et citato per Nicolaum quondam Lotti Clericum Tar: et Nuncium juratum dicti Cap.li, in quo fuerunt Ven: Viri DD. Philipus de Clarutis, Johanes Delphino, Joh: de Armano, Jacobus a Caballis, Avancius Donatus, Petrus Benedictus Thesaurar., Petrus roxo Mag.r Scholarum omnes Can.ci d.te Eccl.iae in Sacris ordinibus constituti, cum nullus foret in dictis Civit., et dioc:e, qui de jure ad dictum Cap.lum deberet vocari,

Captum fuit in dicto Cap.lo pars infrascripta vid: Quia Nob. Homo condam D. Comes Johanes alias eccliae Tar:ae reliquit multa multa bona mobilia, et immobilia, et specialiter Molendina de Melma, et nemora et possessiones de silva roxa ac Palacium Canonicae novae, cuius corpus jacet in Cap.lo inferiori, ubi nunc tenentur capsae mortuorum, et carbonem (*sic*) pro Eccl.ia, et indecorum est valde, tantum Virum taliter vituperose jacere, Quod ponantur, et sepeliantur eius ossa intra ambitum eccl.iae, prope scalas descensus Sacristiae prope monumentum Canonicorum, et superponatur Lapis unus condecens, et super scribatur epythafium honorabile, ut decet tanto viro, et hoc etiam fiat expensis cap.li secundum partem praefatam captam.

ibi. c.ta 13. t:go

Eodem Mill.o (1428.) (*sin qui in margine*) et indict. (sexta) die vero Martis XXV. m.sis maii¹³. Tarvisii in Sacristia Eccl.iae majoris Tarv:ae.

Venerab. et Circumspecti Viri DD. Joh: Delphino de Venetiis, Joh: de Armano de Venetiis, Petrusbenedictus Archidiaconus, Odoricus de Vonico, Petrusrubeus, Amadeus, omnes Can.ci d.ae Eccl.iae Tarvisii facientes, constituentes, et recipientes totum d. Eccl.iae Cap.lum praeter D. Jacobus, qui legitime citatus dicto actui noluit interesse,

unanimiter, et concorditer, ut dixerunt, nemine eorum discrepante contenti fuerunt venerabilem, et circumspectum Virum D. Joh: de Mutonibus Decanum Eccl.iae anted:ae Tar:ae audire homines Comunis Villae de Melma in quibusdam causis contra et adversus Presbyt. Benedictum de Veneciis rectorem Eccl.iae d.te Villae de Melma tamquam subditum ipsi Cap.lo Tar., et ipsum Presbyt. Benedictum condemnare prout ordo juris requiret, de quibus omnibus dicti DD. Can.ci mandaverunt mihi Not infrascripto, ut aliquam notam in praesenti quaterno facerem.

Ego Joh.es de Bononia pub. Not. scripsi.

. . . .

¹² (*come sopra*) Hoc autem est epitaphium. clauduntur tumulo comitis hoc ossa Joannis Nuper hic instructo: qui praedia multa reliquit.

Has quoque Canonicas, et moenia vasta Theatri Sisti Basilicae; pro se ideo quilibet oret.

¹³ (*a lato, in margine sinistro*) Decanus judex delegatus a Cap.lo contra Rectorem Melmae.

(sesto fascicolo - carta 124.; continua il testo anche in margine destro)

ibi. c.te 19.

Haec est quaedam Sententia coreptionis et punicionis pro inobedientia, . . .
promulgata per D. Joh.em Delphino Canonicum Tarvis:m tamquam antiquiorem Canonicum,
Decano abscente contra Presbyt. Zaninum nigro Mansionarium Tarvisinum.
In Xp.i nomine (*in margine sin qui*) amen anno D.ni milesimo quatragesimo tricesimo secundo
indicione decima die decimo mensis Otubris¹⁴, Tarvisii in Sacristia majoris Eccl.liae Tarv:ae,
presentibus Psb.ro Petrolongo Mansionario, et Psb.ro Vincentio, et Petro de Vicentia Sacrista
Eccl.liae Tarv:ae Diacono, et Minigino subdiacono, et Nicolao Diacono Campanariis, et aliis.

Venerabilis Vir D. Johanes Dolphino tamquam Major Canonicus, et antiquior Eccl.ie Tarvisine,
Decano abscente infrascriptam Sententiam coreptionis et punicionis propter inobedientiam
interloquendo pronunciavit, contra infrascriptum Psb.rum Zaninum nigro Mansionarium Eccl.ie
Tar.e in hec verba.

Vid. Cum in lege scriptum sit, Deus superbis resistit, humilibus autem tribuit veniam et
salutem, ad reprimendam superbiorum temeritatem, et inobedientiam Clericorum subditorum Cap.lo
Tarvisino, et ut pena unius transeat exemplum aliorum; visa et cognita inobedientia Pb.ri Zanini
nigri Mansionarii eccl.ie Tar.e, qui ad mandatum Gasparini Clerici, et Praebendati in dicta eccl.ia,
ac officiatoris in eadem die lune sesto mensis septembris 1432. in vesperis recusavit dicere,
Benedicamus Domino; in scamdalum officii, et assistentium in dictis Vesperis consederato ordine,
et potestate concessis officiatoribus in dicta eccl.ia, ut aparet in ordinario prefate eccl.ie, habita
insuper diligenti informatione super prelibata Consuetudine quoad hoc ab antiquis Clericis,
participato etiam consilio cum suis confratribus, et cumcanonicis Xp.i nomine invocato, a quo
cuncta procedunt bona, et qui scrutator est cordis hominis.

Ego Jo: Delphino Canonicus Tarvisinus, tamquam antiquior Canonicus, abscente R. D. Decano
Tarvisino a diocesi Tar.a: determino dictum Prb.rum Zaninum nigro debere propter dictam
inobedientiam dicere tribus diebus dominicis prossime futuris epistolam in Missa conventuali, sine
ula mercede, et quia crescente contumacia, seu inobedientia, debet pena crescere, eapropter si
prefatus Psb.r Zaninus niger fuerit negligens, aut remissus in aliquo predictorum non accedat in
officiis diurnis pariter, et nocturnis ad chorum dicte eccl.ie cum cotta, sed sine, donec peregerit
penitentiam prelibatam, et manentibus punctaturis in statu suo quocumque, et qualitercumque
qst. contra rebelles in officio divino existentes. et contra non venientes ad officia oris debitiss,
et consuetis.

Rogans prefatus D. Joh: Delphino me Gasparinum notarium infrascriptum de predictis
publicum conficerem instrumentum.

Ego Gasparinus Chlericus Tar:s filius Mag.ri Victoris Lunarii publicus imperiali auc.te
Notarius suprascriptis omnibus, et singulis presens interfui, et rogatus scripsi, et publicavi,
et in hanc publicam formam redegii, signo et nomine meis appositis consuetis
in testimonium et fidem premissorum.

ex lib. D. Capitulari pag. 13.

R.mus D.nus (*in margine sin qui*) Bernardus de Rubeis E.pus Tar.¹⁵ intendens unire Beneficium
Campestre positum in Martilia, Monasterio Monialium S. Maphaei de Muriano, eo quia idem
Beneficium erat membrum Eccl.ae S. Jo: Baptistae de Medulo . . .

¹⁴ (*come sopra*) 1432. 10. Oct..s.

Sententia a Cap.lo contra Pb.rum Zanninum Nigro Mansion.m qui recusavit dicere "Benedicamus D.no".

¹⁵ (*a lato, in margine sinistro*) 1508.

requisivit ad hoc consensum D. Davidis Theuldini Can.ci Tarv. et nunc eiusdem eccl.ae de Medulo Plebani, nec non Canonorum et Capituli Tarvisini: explicans quod ipsi Capitulo collatio, et provisio praed:tae eccl.ae de Medulo spectat et pertinet, cum pro tempore vacat. Et quod jurisdictioni suae ep.ali, et R.mi Capituli non intendit per prefatam unionem aliquammodo derogari.

V. Processus (*forse nota aggiunta; in margine sin qui*) in Causa C. F.res Sc.i Xpo.fori pro Ecclesia de Medulo carta XX. Caps. X. ubi 1501. 31. Augusti E.pus et Capitulum confirmant antiquam unionem Ecclesiae Campestris Sc.i Liberalis de Martilia “intra limites parochiae Plebis de Medulo” sitae eidem Eccl.ae de Medulo etc.

-\